

bus, Baronibus, & aliis Militibus, & Proceribus dicti regni cum Communitatibus Civitatum & Villarum, vicesimo octavo die Augusti, presentibus Nobilibus viris Domino Johanne Warrenia, Domino Rogero Northfolck, Domino Willielmo de Warwick, Patricio de Dunbar & Marchia, & Domino Gilberto de Anegos Comitibus: Domino Johanne de Hastings, Domino Johanne Wake, Domino Hugone le Despenfer, Domino Briano filio Alani, Domino Petro Corbett, Radulpho, filio Gulielmi, Johanne, filio Marmaduci, Waltero de Hundercumbe, & Roberto de Milton, Baronibus, cum Domino Rogero Brabanson, Milite & Magistro, Johanne de Cadomo, Publico autoritate Pape Notario, Testibus ad Subscripta vocatis specialiter, & rogatis cum aliis tam Militibus & Clericis quam Laicis in Multitudine copiosa, & me Notario Subscripto, (i. e. Andra Gulielmi de Tang, Clerico, &c.) venerunt in dicto Domini Regis Angliæ Parlamento memorato, non vi, nec metu coacti set spontanea & libera sua voluntate supradicti Nobiles & Prelati dicti Regni Scotiæ, nec non & Milites, Proceres, & Regnicole, qui prefato Domino Regi Angliæ fidelitatem fecerunt, ut præmittitur, diebus & locis subscriptis, unâ cum omnibus, & singulis nominatis inferiùs, & fidelitatem eandem prædicto Domino Regi Angliæ prius factam ut prædicatur, cum revocatione, cassatione, irritatione, & annullatione, consæderationum, contractuum, conventionum & pactorum quorumcumq; nomine censentur, si quæ unquam suo nomine vel consensu clàm, vel palàm, cum Domino Philippo Rege Francorum, contra dictum Dominum Regem Angliæ iniuriant, qualitercumq; sive per ipsorum vel Domini Johannis de Balio, quondam Regis Scotorum Procuratores vel Nuncios, generales vel speciales destinatos in Franciam; & renunciationes easdem factas (ut superscribitur) innovarunt, omologarunt, laudarunt & etiam approbarunt. Et de communi omnium Prælatorum, & Nobilium dicti regni Scotiæ consensu unanimi, & voluntate prefato Domino Regi Angliæ fidelitatem iteratim & homagium per omnibus Terris suis infra dictum regnum Scotiæ existentibus fecerunt, & ratiis Sacrosanctis & osculatis Dei Evangeliiis in forma Subscriptâ fidelitatem suam firmarunt corporalis vinculo juramenti, & super fidelitatibus suis & homagiis sic factis, sicut infra patet, iterum suas Literas Patentes fecerunt suis Sigillis pendentibus consignatas. Quarum Literarum incipiendo primo ad Prælatos, Episcopos, Abbates, & Priores, subsequenter vero ad Nobiles, Comites, Barones, & alios Milites, & sic ultimo descendendo ad Communitates Villarum, & alios Incolas regni Scotiæ memorati seriatim in omnibus & per omnia Tales sunt Tenores.

A Touz ceaus qui cestes Lettres verront ou orront Robert Eveys de Glasca, Henry Eveys de Abirden, Thomas Eveys de Candida Casa, salut. Pur ceo que nous sumes venuz a la foi, e a la volunte due tres Noble Prince nostre Chier Seigneur Sire Edward par la Grace de Dieu, &c. Nous promettons par nous e pur nous Successeurs sur peine de Cors, e d'avoir, &c. (and as in that before of James, Seneschal of Scotland, verbatim) e a cestes choses tenir, e garder nos Obligioms nous, e nos Successeurs e tous nos biens, e outre ceo avoms jurez sur Saints Evangils, &c. En Testimoignance des ques choses nous avoms fait fair cestes Lettres overtes de nos Seales. Donez a Berwic sur Twede, le vint Butisme jour d' August

gust lan du Reign nostre Seigneur Roy D'engleterre avant dit vintisme quart.

After this manner are all the Fealties of the Bishops, Abbots, Priors, Earls, Barons, Knights, Communities of Cities, and Towns, and other Inhabitants of Scotland Recorded.

A REX Venerabili in Christo Patri R. eadem gratia Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliæ Primati, salutem. Vestra Paternitas plene novit qualiter vos, & alii Prælati & Clerus regni nostri apud Westminster (On Sunday before St. Andrew, or the thirtieth of November, then last past, before the date of this Writ) ultimo congregati in concessione decimæ Redituum, & Beneficiorum vestrorum Ecclesiasticorum pro defensione regni ejusdem usq; ad Festum Sancti Michaelis proxime futurum nobis facta, & a nobis sub spe uberioris subsidii in futurum a vobis & aliis præstandi admissa, bonum & sufficiens nobis pro futuro tempore subsidium ob eandem causam, nisi interim inter Regem Franciæ & Nos pacem reformari vel treugas iniri contingeret dare promissistis unanimiter liberaliter & libenter; cujus quidem reformationi Pacis vel initioni treugarum dictus Rex Franciæ hæcenus non consensit; Quocirca vobis Mandamus in fide, & dilectione quibus nobis tenemini firmiter injungentes quod in craftino animarum proxime futuro apud Sanctum Edmundum personaliter interstitis præmunes Priorem & Capitulum Ecclesiæ vestræ Archidiaconum, totumq; Clerum vestræ Dioceseos facienteq; quod Idem Prior & Archidiaconus in propriis Personis suis & dictum Capitulum per Unum, idemq; Clerus per duos idoneos Procuratores plenam & sufficientem potestatem ab ipsis Capitulo & Clero habentes una cum vobiscum inter sint modis omnibus tunc ibidem ad Ordinandum de quantitate & modo subsidii memorati. Teste Rege apud Berwick super Twede, vicesimo sexto die Augusti.

B Onefacius, &c. Ad perpetuam rei memoriam; Clericis Laicos infestis opido tradit antiquitas: Quod & præsentium experimenta temporum manifeste declarant, dum suis finibus non contenti nituntur in vetitum, & ad illicita sua frazna relaxant, nec prudenter attendunt quomodo sit iis in Clericis Ecclesiasticave Personis & bona interdita potestas: quinimmo Ecclesiarum Prælati, Ecclesiasticave Personis regularibus & secularibus imponunt onera gravia, ipsos talliant & eis collecta imponunt, & ab ipsius suoq; proventuum vel bonorum dimidiam decimam seu vicefimam vel quamvis aliam portionem aut quotam exigunt & extorquent, eosq; moliantur multipharie subjicere servituti, & suæ subdere ditioni. Et quod dolendo referimus nonnulli Ecclesiarum Prælati, Ecclesiasticave persone trepidantes ubi trepidandum non est, transitoriam pacem quærentes, plus timentes Majestatem Temporalem offendere, quam æternam, talium abusibus non tam temerariè quam improvide adqueiscunt, sedis Apostolicæ Auctoritate non optentâ. Nos igitur talibus actibus obviare volentes de fratrum nostrorum consilio Apostolicâ Auctoritate statuimus, quod quicumque Prælati Ecclesiasticave persone, religiosi vel seculares, quorumcumq; ordinum, conditionis, sive status, collectas vel tallias, dimidiam, decimam, vicefimam seu centesimam suorum & Ecclesiarum suarum proventuum vel bonorum Laicis solverint, vel se soluturos confecerint,

N. 16.
Clauſ. 24. Ed.
1. M. 7. Dorſ.
de Parliament.
tenendo.

N. 17.
H. de Knighton, Col. 2489.
N. 60. & in
Biblioth. Cot.
Tiber. E.4. N.2